



ARCHIDIOECESIS
COLONIENSIS
P A R S
WESTPHALICA:

WESTPHALIAE quamvis vno sub No-
mine, Totum

Hoc comprehendatur, quo septimus ordine constat
Circulus Imperij, cujus Divisio trinis
Sistit in Ordinibus, quae Particularis ubiq³ est.
Religiosi etenim praecunt, quibus Primus, & Alter
Principibus surgit, verum Imperialibus Ordo
Vrbibus est Ternus: Padebornus Episcopus antecit,
Utrajectinus, Mimigardenvordt, Eburonus,
Cum Cameracensi hinc Osnabrugensis, & inde

Min-

PARS WESTPHALICA.

Mindensis cum Ferdensi de jure sequuntur:
Prelati, Werda, Stabuleti, Corneli ad Indam
Nempè Monasterij, Echternaci, Corbiaciq̃,
Abbatissa, Heruordt simul Esseniiq̃, coruscant.

Altra Ducum, Comitumq̃ subit Pars, sacula
servans,

Quà Julia, Montis, Clivia, Marchaq̃ supremus
Est Princeps, Comes Embdanus, Luceburgius, at-
que

His Orientalis Frisius, Dileburgicus altus,
Manderscheidt, Virnburg, VViedt, Sayn, Ridtber-
gius, illis

Brunckhorst, Benthemius, Tecklenburgensis, &
Hoius,

Oldenburg, Steinfurt, Reckum, Pirmundius, Ar-
burgh

Culenburgh, Diepholt, Schaumberg, Spielbergius,
Hornus,

Queis Domini in Semerauf, VVinnenberg, Lippius
astant.

Tertia jam sequitur Pars Imperialis, & Vrbes
Continet: ex illis prima Agrippina, subintrat
Postea Aquigranum, Camerich, Dortmundia,
Soistum,

Hec loca Westphalia sunt appropriata potenti
Circulo, & hinc vnum cessere in Corpus ab Anno
Mille & Quingeno. Salva est sua Sessio cuiq̃, &
Matriçula Imperij Romani adscripta leguntur.

Dumq̃

ARCHIDIOECESIS COLON.

Dumq̄ graves cause, Momenta & Pondra Re-
gum

Pertractanda cadunt simul, Imperialibus adsunt
Aptè dispositi Conventibus Ordine, sedem
Quisq̄ suam scandit, dat vota, & jura tucetur,
Sive is mundanus, sive Ecclesiasticus intret.

Nil Tamen huc faciunt tot prævia, namq̄ Du-
carus

Westphalia, strecta tenes vestigia, quondam
Saxonia Ducibus proprius, bellante Leone
Imperij adversus Regnum de jure rebeli;
Barbarossa exim Fridericus Caesar, Eundem
Imperij Consensu: Vbio pro Prasule cecit,
Pro quinquaginta marcarum millibus, illam
Electo summam soluit Philippus ab Heinsberg,
Archidicæsis de quo transivit ad Aram,
Perpetuè nomenq̄ tenet, Successor & ejus
Westphalia, Angaria Princeps, ut diximus antè.

Hic binas Arensbergum, Angariamq̄, Duca-
tus

In gremio servat Comitivas, itq̄ jugosas
Ardens in Rupes, pollet Venatibus omnis
Aprorum generis diversarumq̄ Ferarum,
Et Salis, & Ferri, Plumbiq̄ Aërisq̄ fodinis.

Sex nutrit Rivos; Ruram, Mœnumq̄, Lenum-
que

Alnam, & Dymellam, quæ non procul inde Visur-
gim

PARS WESTPHALICA.

Influit: aquor agros ubi planum sustinet, omni
Fertilitate graves, & frugum munere opimos,
Hoc Arensburgum super Angariamq³, Ducatu
Sunt haec comprehensa, quas subdere proderit. Vr-
bes.

VVerla preit, celebrem quam fertile pradicat
Arvum,

Et loca foeta salis, multoq³ coluntur honore,
Illic Nobilium antiquissima stemmata Sultzrūm,
Queis Regni Reges, queis Imperiūq³ Monarcha
Multa Indulta ultro, multoq³ dedere Favores.

Arensbergum sequitur: recto de nomine dictum
Adlersberg alias: Residentia Principis, illi
Electoralis, jucundo in vertice Montis.

Ad Ruram, magnum desert Encomion Vrbi.

Insuper hoc ipso surgunt haec Oppida Tractu:
Neim, Balve, Plettenberg, Aflen, Meschede, Bri-
lon,

Attendorn, Ruden, Statherg, Drolshagen, &
Olpe,

Oldendorpf, Menden, Volckmar, cum Geseke, &
Hersberg,

Schmallenberg, Fredeberg, Medebacum, & VVofte,
Niehausq³,

Kallenberg, Ostenberg, Kaldenahr: Oppida sunt.

Hac Padebornensi Regio Titanis ab ortu
Rete Diocesi, VValdecensiq³ propinqua
Est Comitiva, Hasi verò tanguntur ad Austrum,

Et.

75
ARCHIDIOECESIS COLON.

Est Westervaldense Nemus, stat Marchia, stansque

Proximi ad Occasum Montes, septemq; Triones
Antè, Monasterium Comitivaq; Lippia surgit.

Verùm Westphalia, Patriotarumq; vicissim
Quae sit Proprietas, hoc è Proverbjo habeto.

Hospitium vile, grob Brodt / dun Bier / lange
Weyle

Sunt in Westphalia, si non vis credere, loep da.

Hac tamen innumera ex aliis Regione Caterva
Atque greges Oxium terris abiguntur, & huius
Qualescunq; modi Pecudes, nutritier audis:

Et quia Cælum illic, multoq; salubrior aura est,
Hinc nihil ad Pecorum pastumq; alimentaq; di esse.

Credimus, imdetiam complexio fortior illic
Natura est Homini; quare graviora laboram

Ferre iuga assuevit, Mercaturamq; bonaq;
Gnavius exercet, disciq; impigrius artes

Ex omni populo laus V Westphala sufficit, ampla est.

Hinc Caesar primùm Carolus de nomine Mag-
nus,

Induxit terra caelestia dogmata, Sacram
Christi nempe Fidem; verùm, Gens illa, profundè

Idolis immersa nimis, cùm prorsus avaro
Difficiliq; jugo flectiq; trahiq; nequiret,

Plurima Mancipii Vernisq; gravamina, dicta
In Patria sunt scripta, Fidem quod inire negarent.

VESTA-

VESTA
RECKLINGHVSANA.

RECKLINGHUSA licet Rhenana à Corpore
pauillum
Archidieceſis ſtet, VVeſtphalięꝝ Ducatu,
Hanc tamen Vbiacę Telluris Circulus ambit
Archipatriſq; tenet ſacra Iuridictia, Binis
Vrbibus in Binum Munimen tranſit, & inter
Hac duo, Suprema jam RECKLINGHUSA, ſed
Ima

Vrbs Dorſtena tenet VESTÆ memorabile Nomen,
Aſt Hornenburpum primas fert, nobile Caſtrum.
Hac Embiſcaria, Lupięq; incluſa videtur
Terra Toparchalis, frugum Pecorumq; benignę
Mater, alumna, Parens, ac ſęcundiſſima Nutrix.

Imbſara Marchenſi in Comitatu exordia du-
cit

Apelterbeckam iuxta, propiũq; Tremonam,
Trans RECKLINGHUSAM fluit, Orſoviaq; pro-
pinguo

Rurordaęꝝ vado, Rhenana illabitur unda.

At Padebornenſis Lupiam dat currere primo
Fonte Dięceſis, Montana Cacumina ſubter

Romanis

ARCHIDIOECESIS COLON.

Romanis Teutonbergensis Saltus, at olim
 Dicta, penes Vicum Lipspringam, Lippia origo
 Cui nomen tribuit, per Sennamq; inde susurrat,
 Post Padebornensem Residentis Principis Arcem
 Neuvhausam, donec Padula iurgatur & Alma,
 Hincq; Monasterium trans, Angariaq; Ducatum,
 Lipstadium ire parat, Lunamq; Hammumq; latuf-
 que

RECKLINGHUSANI tangit Muniminis unum,
 Dorstenam prater: qua Pontem Vrbs dicta viamq;
 Obtinet: & tendit Rhenanum in Flumen, ad imani
 Viceliam. Verum rursum ut properemus ad Urbem
 RECKLINGHUSANAM, Comes hanc Moersen-
 sis, & Archi-

Præful Agrippinas Theodoricus, ut olim
 Clivensem contra arma Ducem bellumq; moveret
 Obsessâ Soisto Vrbe, gravi Mavorte, Serenos
 Ad Schavvenburgi Comites pro pignore mille
 Septingentorum quinquagintaq; ligavit
 Quinque Florenorum, quam Salentinus, eandem
 Iſenburgensis Comes Archipaterq; refundens
 Nummorum Summam, sub Pristina jura reduxit
 Archidiœcesis, cui nunc pro tempore servis.

RHENVS

R H E N U S F L U V I U S .

MEntio per dictas huius cum sapius Vrbes
Fluminis occurrat, consultum duximus, orō
tum

Illius, & si quid memorabile venerit, inter
Cetera, sub finem gemino deducere metro.

R H E N U S ad arbitrium V adiam, nomen adēp-
tus

Præcipit à lapsu, rapidoq; gravi impete cursu,
Qui per Teutoniā fortissimus, immò per omnem
Maximus Europam FLUVIUS censeatur, in altis
Rupibus antiqua producit originis usum
Helvetiaq; jugis, Avium qui nomine Montes
Appellantur adhuc; Gothardi Collis ad imam
Radicem. binò Capite, Anterioris habente
Nomen ab hoc Rheni sed Posterioris ab illo:
Et semè in formâ Luna primordiâ cursus
Bodeniū penetrando Vadum tenet, inde deorsum
Teutonis ulterius rectâ perlabitur Arvum,
Conducens secumq; vehens diversa Carinis
Commoda tranandis, & cetera multa fluentia,
Quæ circumcirca Rheni portantur in Equor;
Neccarus hæc inter Mænisq;, Mosellaq; gaudent
Primatu, medium trans Coblent & vsq;, Mosella

Donec

RHE
Donec ad ingressum
proprietatem
Archiducis; res
interacum lapsu.
Per Terra tractu
Nephtimq; perens
Bria Diocesi, R
Alpina Emricam
ad Schemenich
litera. Wala an
fluat, atq; Mo
Altra pari Rhen
Tendit in occidentem
hæc, duas rursus
Fons in Hispania
Alter Hyperboræ
Diat Suder-tran
Nomen in Isellan
ing. Betavv fert
Dicit; ante qu
Oceanum, veru
Ventorum mor
ardua arenarum
Etsiisset agru
Per Calenberg
de Sociare Mos
Scheidamum,
Nemini, Ocea
(6) An. 1774.

RHENUS FLUVIUS.

77

Donec ad ingressum, penes Albam nomine Turrim
 Agrippinensem Sinuoso gurgite lambit
 Archidiceesin: recto praterfluit inde
 Antenacum lapsu, Linz, Bonnam, sicq; supremos
 Per Terra tractus Vbiorum admiratur Urbem,
 Novesiumq; petens, Werdam, Vrdingamq; per ima
 Arua Diacesis, Rhenoberckamq; susurrat:
 Ast infra Emricam Clivia per jugera, sese
 Ad Schenckenschantzam binas extendit in Vndas,
 Altera Wala audit, Phœbiq; cadentis ad oras
 Æstuat, atq; Mosam, quâ Levvensteina, subintrat,
 Altera pars Rheni servans genitabile nomen,
 Tendit in occiduos, quâ Manali Vrfa, Triones,
 Inq; duos rursus Fluvios partitur, & horum
 Vnus in Hispanos, Arnheimum, suspicit agros,
 Alter Hyperboreos Aquilonis pronus in axes
 Stat Suder-tranare Lacum, variatq; propinquum
 Nomen in Isellam, sed qui pralabitur Arnheim,
 Inq; Betav fertur, verso vult nomine Letca
 Dici; antè quidem per Leydam fluxit in ipsum
 Oceanum, verùm dùm Sequana (a) propter obortos
 Ventorum motus tempestatumq; furores
 Ardua arenarum iuga vi sublimius ipsis
 Ejectasset agris, per dictum est flumen adactus
 Per Culenbergam, Schonhoven atq; Vianden
 Se Sociare Mosa trans Vrbes, Rotterodanum,
 Scheidamum, & Brielam, jactura donec aviti
 Nominis, Oceanum Borealem Teutonicis intret:

Talis

(a) AD, 1170.

RHENUS FLUVIUS:

Talis ubi ingressus quondam, propè nomine Pagum,
Cattyvichium in Bâtavo fundo, quâ Sequana spum-
mat,

Consuevit fieri, qui Dunas nomine, Montes
Propter arenosos fuit interclusus, ut antè
Diximus, & soliti dudum fracta Ostia cursûs.

Hic antiqua super Monumenta & Rara, vetusta
Romanorum Arcis, Castrum dic esse Britannum,
Fundamenta vides, cujus Muniminis Author
Exstructorq³, fuit Caius Caligula, Casar
Romanus, de quo nuper tellure remota
Dum Rudera extarent, & se fundamina tortis
Objicerent oculis, Phrygio ditissima Saxo
Marmora cujusvis Generis, Nummismata, Rara
Qualibet, antiquis Signorum incisa parergis,
Grammatis, Iconibus, superinscriptisq² figuris,
Sunt miris inventa modis, testantia Priscos.
Hosq² Characteres X. G. I. præfata notârunt
Marmora, sub talisensu, ex Germania utrimq²
Inferiore. Satis jam constat Teutonas inter,
Quos fovet inferior tellus, non Vbia solum
Archidicecesis comprehendi jura, sed inum
Ad Rheni tractum quoq², conregnare, situmq²
Et stabilem servare locum, quia scilicet infra
Hac loca, privatur genuino Nomine Rhenus.

BELLVM.

BELLVM
COLONIENSE,

&

WESTPHALICVM

NOVISSIMVM.

Vix inceptus erat Millesimus circiter Annus ,
Cum sexcenteno denus quater atq; secundus ,
Vbiâ ut egressus Patriâ quaesitor honoris
Castri, qua Rheno conjungitur unda Mosella ,
Ecce supergreditur malefaustus Nuntius, ille
Hostis, ait, Gallus, cum Wimmariensibus Hassis,
Vbiacum subire solum, Wesalia namq;
Transgressum Rheni cessit prabendo carinas,
Inferior miserè torquetur Patria, ferro
Omnia Vastantur, Lambotus casus; & Alter
Nusia, ait, triduo concessa furentibus armis
Gallorum, Hassorum: mox tertius advolat, inquit,
Kempena octiduo, subito expugnataq; Lynna est;
Plena doloris adhuc accedit Epistola Patri,
Perturbatus, ait, Status hic, suadetq; manere

BELLVM

BELLUM COLONIENSE, &c

Tutiùs esse foris, verti quadrata rotundis,
 Religionis enim prætextu bella moventur,
 (Religio haud petitur, Regionis queritur aurum,)
 Iam Ratio perversa status turpissima pestis
 Occupat Imperium, nullus Status est Rationis,
 Et ruere & spoliare juvat Tubadelius ades
 Nostras, exitioq; ruunt jam pradia nostra,
 Bellonaq; furor, certamina, praelia fervent,
 Iustitia præclusa via est, atroxq; Tyrannis
 Arma Virumq; canit, pressus gemit undiq; civis.

Respirabundus jam quartus Nuntius intrat,
 Hic ait, hostilis prope Lechenig impetus hæret,
 Arx septem hebdomadas violentis restitit armis,
 Lux nova cælo oritur, cum Maxmilianus ab alia
 Metropolis cathedra electus Coadjutor Agrippæ,
 Hinc Bavarus Princeps succursum mittit Eidem,
 Wahll, Hatzfeld Rhenum navali ponte secantes
 Castris Zontinam prope confedere locatis,
 Grevenbrochi hostis compulsus figere Castra est;

Hic percunctatur: nec & hostis ab hoste recedit;
 Donec capturâ jam liber adesse Ioannes
 De Verth percipitur, Castrensia gaudia multum
 Inter Casareos, Boiosq; augentur utrimq;
 Hic subito stratagema parans inimica fatigas
 Arma diu, pradaq; refert, persæpe repellit
 Hostes, quos statione fugat, portaq; Triumphos;
 Sed Fortuna nimis fallax mutatur ut aura
 Continuo, hic Heros tandem stipatus amicis

WESTPHALICUM NOVISSIMUM.

In Liedsberg surgit dum stare crepuscula Noctis
Cernitur. ut castris Hostes exire coactos

Wablius ac Harzfeldt Confusos mane sequenti
Viribus, & ferro, nullo ordine, pellere possent.

Nec mora, succedit, Sed bins sede morati,

Werdanungq; solum solo in Certamine linquunt,

Damq; fugâ Miles conversus, in agmine toto

Hostis castra moens celer Vrdingamq; per amnem

Rheni transcendens, & VVestphala colla protervus;

Germanas partes Baden vsq; recedit ad oras;

Iam Marcodurum repetitum Caesaris armis,

At revocis istis; ob mille pericula supra

Quae timuenda: (a) Diœcesis tum præda paratur

Hæsis, hinc rabies, furor, & crudelia passim

Bella Coloniacos insurgunt Marte per agros,

Non procul à Bonnâ ferro, flammâq; petuntur

Pagi, Odinghofen, M. Storf cum Lessenig atq;

Deustorf, & Sarrapia simul vastatur inique,

Rusticus ante alios mox contribulatur acerbè,

Colla trahit captiva Cohors innexa capistris,

Iam pietas patefecit iter raptoribus, Eheu!

Vsq; adeo, Vbiacus Princeps, Fernandus in annis

Turbatis Statibus, cum conditione coactis

Per menses certos permisit solvere Nummos.

Non minus Arma strepunt, hostilia quaque, fragosa

Machina, bellandi dolus, insidiæq; parantur;

Nusquam tuta fides, Toto Pax exulat orbe,

Dum perturbatus status hic, bella horrida, bella!

[a] An. 1643.

BELLUM COLONIENSE, &c

Dum pia iura silent, placuit conjungere Nomen
Caesareis castris, sperans post Nubila Phœbum,
Præsenti hinc licuit certamina plura videre,
Inter & esse; supra Schonburg cum monte superbo (a)
Hebdomadis septem Gallorum restitit armis:
Tum mea Religio, tum defensiva cupido,
Baccharach, Hoekst, Freusberg taciturno transeo
versu;

Nam quia propositi non sunt, memorare relinquo:
Centurionis agens munus pro Caesaris usu
Ad Patriam revocor, qua tympana versa rotantur,
Hassus enim Vbiacis nimium dominatur in agris,
Zonstacum Rabenhaube admotis cinxerat armis
Iam Vice Binâ iterum, donec Melander ab alta (b)
Wetravia revocus, Zons obsidione resolvit,
Progredimur supra, Euskirchâ extorquemus ab hoste.

Anni finis erat, capimusq; Hibernia campo,
In verno (c) Regimen Lamboio Cesare ab alto
Westphalia in Circlo, transfertur, bello orientis
Mox Frisias adit, ex causis: diverso namq;
Ars Belli est: verum Konigsmarck sistere fecit
Ad Rhenam Amasii quâ decertatur utrimq;
Post varios Casus, commissaq; prælia multa
Quæ Giseken sentis, quæ Westphala corde retentat,
Præsidium ob Biumam pars consecratur ubivis,
Intir. à expugnat Lamboy V Vindeckq; Nideckq;
Et Marcodurum repetit, Casterq; revincit,

Primum

[a] 1645. [b] 1646. [c] 1647.

WESTPH
Primum adst
Ipsa placuit
Legionatur
aperuit Nostr
Aljos Castra
Ipsa fugam L
No docet, pedat
Atq; Equites ter
Zonstacum prop
Estram et anog
Superbia hinc
Sufficiens nobis
Castellum int
Gaudet qui sp
Eid Lux vix
Tympana ver
Ordo inimicu
Principid, qui
Cogitur Attra
In campo rur
Verum confu
Desperabat
Cedere dunt
Publica quia
Nostram con
Timentu p
Per medios

[a] An

WESTPHALICUM NOVISSIMUM. 70

Primus adest majus, (a) Breidenbent Visere primo,
 Ignitis placuit Sphaeris, Assaultus & astus
 Sapè novantur in hoc, primus sed Iunius armis
 Apperuit Nostris, Hassorum proxima ad Erffiam
 Adsint Castra licet Grevenbroehiq; Paludes.
 Ergò fugam Lamboy simulans ad littora Rheni
 Nos ducit, pedites navali ponte locari,
 Atq; Equites terrâ cito mandat figere Castra
 Zontinam propius, quod sit: quâ luce sequenti
 Erffiam transgressi, passum superamus ibidem,
 Suppetia hinc Hosti, clauduntur pabula, Victus,
 Sufficiens nobis vectura patebat amicis,
 Consilium intramus paucis simulare diebus,
 Gaudet quisque sibi, quasi jam Victoria certa,
 Sed Lux vix oritur, quo Lamboy incedit in hostes;
 Tympana versantur, Tuba sed Taratantara clangit,
 Ordo inimicus Equum ruitur pro parte sinistra
 Principid, qui terga dabat, sed sistere ponte
 Cogitur Attracto, sic concertatur utrimvis
 In campo rursus, sed ab hoc cum sanguine multo,
 Verum confusi post hac consternimur, hostis
 Desperabundus Vires fervore recepat,
 Cernere dum licuit, quod pradas pondere pluri
 Publica quàm libraret Eques: sic vertit in agmen
 Nostrum confusum, displotis undique belli
 Tormentis propriis, quib; ut statione repulsus:
 Per medios Enses, media inter tela relictus

A Sociis

[a] An. 1648.

BELLVM COLONIENSE, &c

A Sociis videor, vitæ vix aura superstes,
Quod me verto, ruit miles cadit undiq; amicus,
Captivi referunt non posse habuisse salutem,
Postridie hinc querit Mater per corpora corpus,
Sed fortuna Comes, me saluat & Eruat unda,
Mille ultra pedites nos Casaris-Insula cepit:
Hinc Lamboy Vindex collectis Viribus Arma
Instaurare jubet, confestim ducere Castra
Novesio haud procul, Holtzemium, statuitq; Pala-
stram,

Pugnatur paucis dubij de more duelli;

Hæstia at auxilio turmas dum mittit Equorum,
Lamboy compulsus celeri pede flectere gressum
Retrò ad Worngam, mox cernitur hostis in agro
Roggendorpiaco, tormenta boantra quassans
Iu Nos, sed diffidentes restare, relinquit;
Ad Godorff suprâ, ac VVeselsng sua Castra lo-
cando,

Supremâ in patriâ hostili de more vagatur,
Indigenas capiens, miseroseq; gravando tributis;
Hac Iuliaci ultra vicinas migrat ad oras,
Et Marcodurum reperit (ub fulmine belli,
Indè propè Vrdingam Rhenanam transiit Vndam,
VVestphaliam peragrans, Padebornam tentat
aerebè,

Nos sequimur taciti, congestis Viribus, omni è
Præsidio, experti quod Equis Superemus Eundem.
Hic Lamboy rursus per devia colles resumens

Scrata

VVESTPH
Strata riuo
Castra inimica
Ha fortuna fat
Sic Vrhem lax
Noite, & ma
Seruare sup
(Vrila Bellon
Perijm ulte
Espenando
Solropus ex
Tranquillan
que,
Nimpe Mon
Verlatu: bell
Nulla salu E
Pax igit
Germana b
Tradit amic
Iam Sueci
Immemores
In sacris Me
Helvetij a c
Calvino in f
Viri restit
Præmia par
Brandenbur
Pax Gallos
Placatum q

VVESTPHALICUM NOVISSIMUM.

Strata viaſq̄, retrò media de nocte locata
 Caſtra inimica ruit, pia quà data teſſera Michâel;
 Hic fortuna favens jam Nos ad mœnia ducit,
 Sic Urbem laxamus, adhuc pugnatur in ipſa
 Noctè, & mane altro, Victores cogimus hoſtem
 Se retirare ſuprà Paderam Delbrugÿ in oras,
 (Ut pila Bellona eſt, cadit hec, Ciſo ſaltat in altum)
 Pergimus ulterius Viſurgi ad littora caſtris
 Expugnando Hoxter, dumq̄, ad majora voluntas,
 Sol novus exoritur, Pacis Deum omne gubernans,
 Tranquillans animos Procerum, Regumq̄, Ducum
 que,

Nempè Monafterij: Pacis locus omnibus Uni-
 verſalis; bello turbatam reſtituit Rem.
 Nulla ſalus Bello, ſola eſt Pax optima Rerum;
 Pax igitur concluſa, Dei de lumine lumen
 Germanas hilarat Mentès: Pax alma perennis
 Tradit amicitia conjunctis ſœdus in orbe,
 Iam Suecis, Gallis, Cattis cum Caſare Regni,
 Immemores laſi, quiſq̄, & ſua lura receptat,
 In ſacris Medium conſolata gravamina ſolvit;
 Helvetij accipiunt jam libertatis honorem,
 Calvino in ſœdus fit Pacis adoptio concors,
 Flori reſtituit veteri commercia ad Indos,
 Præmia partitur Suecus, Pomerana reſarcit,
 Brandenburgiaco, Mecklenburg dempta rependit,
 Pax Gallos, Suecos plumis aquilaribus ornat,
 Placatusq̄ Haſſus; tandem ceſſatur ab armis:

Tantò

BELLUM COLONIENSE, &

Tanta molis erat Romanam condere Pacem!
Nunc per Germanas fertur Pax publica partes,
Mittitur Hoxterium Nobis Pax, hostibus aequa,
Et Legatorum mandat in agmine scriptis,
Non inimicitias, nihil exercere cruentè,
Hinc Generalis ait, rauco stridore tubarum
Pugnatum satis est, fusum est sat sanguinis, ite,
Ite domum satis est, Martis Venit Hesperus, ite,
Præsidium sic quisq; suum, vexilla resumit.

Magnatum verò dum consultatur in aula
Quà ratione queant dimitti Martis alumni,
In promptu medium est, Eburonus Episcopus, in se
Ecce rebellantes Legios statuendo per agmen
Parcere subjectis, & debellare superbos, (a)
Vestphalicas turmas Legiam deducit ad Urbem,
Principio arma quidem quanquam sumpsere
furore

In nos, effrenes Legij, tormentaq; crebrè
Figentes, ulterò prorumpentesq; propinquis
In Pagis Fleron, Iupitèq; plebe sequente
Innumerâ, fulmen mucrone & in ore gerente,
(Dulcis inexpertos Ars bellica sæpè fefellit)
Parva tamen Germana manus data taliter arma
Exceptit cum strage, brevi, ut redisse fugaces
Sine visi, jamjam truncato Consule: signum
Consulibus proprium: clavisq; argentea capta est,
Et simul in rapidas fuit acta lupilla favillas.

Promovet

[a] An. 1. 49.

VVESTPH
Promovet
Mittitur, exp
Consulibus
Carthagine
Pars una str
Officium mor
Nomen, ad an
Hic super sed
Antiquata lo
Burgundi Dr
Plurima cor
Flamin e, sub
Nunc, verò da
Prò tractat
Iem Griniv
Pedulum tr
Dat Veniam
Partepater,
Sors Eburon
Contingit,
Maculatis
Hic, ser
Vnus hanc
Duplex
Qui Ferdina
Nunc, ad
Miles, nunc

[a] An 14

VWESTPHALICUM NOVISSIMUM

Promoves accessum Spar, Mosã ast Schrotzuis ultra
 Mittitur, explosis tormentis verberat Urbem,
 Cœnobium Divi Laurenti Sparrius, altum
 Carthusia collem Schroetz concomitanter adintra,
 Parte unã structas dum flammis cernimus altum
 Officium mox docta meum pars altera, qua fert
 Nomen, ab antiquo Amer-Cœur, Pons cerdũ amari;
 Hiscẽ super sedeo, nec particularia tango,
 Antiquata licet Caroli memorare potentis (a)
 Burgundi Ducis, Vrbs eadem dum diruta planè est;
 Plurima corda etiam tali cum ponte retrusa
 Flumine submersa, hinc p̄s nomẽ adeptus Amercœur:
 Nunc verò dum terror adest, dum flammis propinqua
 Vrbs tractare cupit, Legatos mittere cœpit,
 Iam Grinnu pardon, pacem jam postulat omnis,
 Indultum tridui Princeps concedit eisdem,
 Dat Veniam cunctis, tres excipiendo rebelles,
 Porta patet, Bateria simul, vexilla movemus,
 Sors Eburoneum mihi primò intrare Palatum
 Contingit, sociisq; meis, mea signa volare.
 Maximilianus adest Princeps Huyo ante Decanus
 Electas, Rerumq; gerens moderamina in armis,
 Vbius hunc sequitur Prasul, Princepsq; Leodi,
 Supplicium sumptum paulò ante in Consule bino,
 Qui Ferdinando portas aditumq; negarant.
 Nunc ad propositum Pacis, dimittitur Vrbe
 Miles, nunc hac, nunc illac; remanere cohortes,
 Mandamur

[a] An 1453.

BELL COL. & VVESTPH. NOVISS.

Mandamur nostrum bis sex, sed *Cætera turma*
Quaę loco, atq; inimica suum obtinuere Receßu. (b)
(*Hæc mea Scripta dedit presentia, cernere, adesse*)

Nunc postquam rigidos Pax aurea condidit enses,
Cumq; satisfactum Nummorum pondere grandi
Imperi; validem tria bis centena dalerum
Millia, Casseljs Patria Numerata periclo,
Tunc apud Vbiacos Hassorum Nussia Servis
Evacuata, Monasterio-Coesfeldia, demum
Neyphausa ad Paderam: sicq; exoneratur ab Hasis
Rhenanus Tractus: iam tutus VWestphalus indè est,
Pax ergo Vigeat, Pacem te poscimus omnes,
(*Quod felix faustum, jubet hic requiescere Plato.*)

[b] 1652.

Conclusio ad Lectorem.

EXpurgo mentem, que sit mihi *Conscia testis,*
Nil ulli in prejudicium confertur honoris,
Præteritis de Actis solum est meminisse suave,
Auctorum veterum doctrinâ hæc scriptio abundat,
Cætera praxis habet, dolor heu! qui sentit unâ:
Sicq; no vi nihil est, sat sunt perspecta, probata:
Ergò legenda, precor possis, versare benigne.

F I N I S.

AVCTO-